

Trascrizione tratta da Cortesi Mariarosa, Pratesi Alessandro (a cura di); *Le pergamene degli archivi di Bergamo aa. 1059 (?) – 1100*; Fonti per lo studio del territorio bergamasco XVI; Provincia di Bergamo, 2010; pp. 263-264

**ASDBg, Fondo del Capitolo della Cattedrale, pergamene, n. 4335**

(ST) In Christi nomine. Anno ab incarnatione domini nostri Iesu Christi millesimo octuagesimo octavo, | mense iulius, inditione undecima. Constat me Iohannes filius quondam Homodei, de civitate Perga | mo, qui profeso sum lege vivere Langobardorum, accepissem, sicuti et in presentia testium manifestus sum | quod accepi a te Andrea presbitero de ordine Sancti Alexandri et filius quondam Petri, de loco Aulene, argenti<sup>a</sup> | denarios bonos libras novem, finito pretio sicut inter nos convenimus pro petia una de terra arato | ria iuris mei, quam habere visus sum in suprascripto loco Aulene in loco qui dicitur a Pilusa, et fuit iur | is Benedicti fratris tui et que in me venit de manu illius Benedicti per cartulam unam vin | ditionis; coeret ei: a mane tua emptori, a meridie ipsius Benedicti, a sera Iohanni, a montes Sancti Alexandri<sup>b</sup>; | et est per iustam mensuram iugia una. Que autem suprascripta petia de terra aratoria sicut supra legitur cum su | periore et inferiore seu cum fine et accessione sua in integrum ab hac die tibi qui supra Andrea | presbitero et pro suprascripto pretio vendo, trado, nulli alii sit vendita, donata vel tradita nisi tibi, | et fatias exinde tu et heredes tui et cui tu dederis iure proprietario nomine quicquid volueri | tis, sine omni mea et heredum meorum contraditione et sine mea octoritate et defensione<sup>c</sup> | et absque restauratione, estra, quod fieri non credo, si de meo qui supra Iohanni dato aut facto apar | uerit quod ego exinde in aliam partem dedissem et clarum fuerit, octorem et defensorem me ex | inde esse promitto cum meis heredibus; et si tali ordine defendere non potuerimus aut si | contra hanc cartulam agere quesierimus, tunc suprascripta vinditionem vobis in duplum restituamus in eodem | vel in consimili loco, quia sic inter nos convenimus. Actum suprascripta civitate Pergamo.

Signum # manus suprascripti Iohanni qui hanc cartulam fieri rogavit.

Signum ## manibus Teudaldi et Arnaldi seu Iohanni testes.

(ST) Lanfrancus notarius scripsi, post traditam complevi et dedi.

---

<sup>a</sup> -i nell'interlineo per mancanza di spazio a fine rigo

<sup>b</sup> -i nell'interlineo per mancanza di spazio a fine rigo

<sup>c</sup> -e nell'interlineo per mancanza di spazio a fine rigo